

a Cæsarea Majestate donatis in agro Portunavonis sitis.

Præsentata per nuntium magnificorum Dominorum Cæsareorum.

*Die ante dicta 27 Januarii 1519.*

Magnifice domine Orator illustrissimi Domini venetorum etc. Oratores Cæsareæ Catholicæque Majestatis, ex commissione Majestatis suæ, instant ut præfatum illustrissimum Dominium, tum intuitu ejus Majestatis, tum etiam ob justas et rationabiles causas infrascriptas instantias concedere velit, quod quidam cedet ad maximam Majestatis complacentiam, in aliis ipsi Dominio gratificaturæ.

Primo. Quod permittat tergestinos et alios pertinentes ad archiducatum Austriæ, ad regna tam suæ Majestatis quam ad Marchiam Anconitanam cum suis mercibus libera navigatione uti quemadmodum subditi præfati Domini permittuntur per maria et loca Cæsareæ Majestatis.

2. Quod civitas Tergestina ulterius non molestetur occasione solutionis vini ribollei, quia ipsa solutio propter bellum extincta sit.

3. Quod tergestini non vexentur ex causa residui alicujus taleæ, in bello impositæ, quum redeunte civitate ad Cæsaream Majestatem hujusmodi taleæ sopitæ sint.

4. Quod duo volumina Statutorum civitatis Tergestinae apud ipsum Dominium existentia restituantur tergestinis aliquam eorum copiam non habentibus, quum ipsorum etiam retentio nullum præfato Dominio comodum afferrat.

126 5. Quod banniti hinc inde non tollerentur in territoriis utriusque domini, pro bono et pacifico statu, justa antiquas et bonas conventiones.

6. Quod magnificis dominis comitibus Antonio et consortibus de Lodrono solvantur residua creditorum suorum, illis per cameram Brixiensem debita.

7. Quodque præfatum illustrissimum dominium compellat nobiles dominos Petrum Contarenum *de la Malvasia* et Marcum de Pesaro ad restituendum dominis Giorgio et Hectori comitibus de Lodrono pecunias provisionis eorum exactas ex camera Brixiensi litterasque suas ducales una cum collaina gemmarum habitas ab ipsis dominis Comitibus, cum damnis et interesse.

8. Quod illustrissimum idem Dominium permittat ex locis suis blada et alia victualia ad usum subditorum Cæsareæ Majestatis extrahi, cum pari modo ipsa Majestas permittat omnis generis vi-

ctualia ex dominiis suis extrahi ad loca prælibati Domini.

9. Quod permittat per Dominia sua blada et alia victualia accepta ex aliorum dominiis transire ad loca suæ Majestatis pro usu subditorum, cum pari modo per cæsareos idem permittatur.

X. Quodque permittat subditos cæsareos habentes possessiones sub Dominio predicto et in aliorum dominiis, domum suam conducere fructus suos.

XI. Quod domino Nicolao de Castro Bareho domino Agrestæ solvatur extimatio bonorum mobilium ascendentium ad summam trium milium ducatorum, vi per exercitum Minorum venetorum ablatorum, quæ per capitaneos exercitus prædicti promissa fuerunt salva fore, intervenientibus etiam in ea conventionione capitaneis Christianissimi regis Francorum.

XII. Quod spectabili domino Antonio de Quetta doctori quondam reverendissimi principis Tridentini cancellario, per possessores domus qu. domini Bertucii Bagaroti positæ in civitate Paduæ restituatur livellum ducatorum XII ex causa dotis uxoris suæ ante bellum super dictam domum designatum et usque ad bellum continue exactum, cum integra livellorum decursorum solutione.

XIII. Quod domum religiosam fratrum Alemanorum sitam Paduæ, relaxare velit cum pertinentiis suis ordini præfatorum fratrum Alemanorum.

XIV. Quodque dominabus Lucie et Franciscæ filiabus et heredibus olim domini Nicolai de Tressino restituantur bona dicti quodam earum genitoris, ut ipsæ pauperes adolescentulæ valeant secundum earum conditionem matrimonio collocari.

XV. Quod concedatur salvusconductus per annos 50 Andreæ de Bassano servitori cæsareo, contra bannum alias per potestatem Bassani contra eum absentem emanatum pro quodam homicidio falso culpato, prout ex confessione accusatoris ipsum exculpanti publico constat instrumento.

XVI. Quod dominæ Helisabet secundo matrimonio Joannis Hogehner de Primerio satisfiat pro dote et contradote suis super bonis dicti quondam Joannis sitis in loco dicto Agort territorii bellonensis, ad præsens occupatis per quemdam Bartolomeum de Curte.

XVII. Quodque eidem dominæ Helisabet satisfiat pro bonis paternis in bonis dicti Joannis habitis a dicta domina Helisabet.

18. Quodque Antonio Secho de Primerio pupillo pervento cum bonis suis paternis ad manus dicti Joannis et per eum dilapidatis satisfiat in bonis ipsius Joannis.